



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Maria Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Elogia Deiparæ Ex Sacris litteris, juxta vitæ eius ferium digesta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

## ELOGIA

VIRGINIS DEIPARÆ EX SACRA  
SCRIPTURA, ET SANCTIS PATRIBUS DE-  
prompta, & iuxta vitæ eius seriem digesta.

Quæ in hoc Operæ varijs in locis pertractantur: ex quibus sermonum de ea ad populum argumenta facile defumi possunt.

*Accessere Observationes ad Deiparam per eius vita mysteria: & Preces,  
quibus eas concludere possumus.*

**N**ec Deiparæ Elogia, ex quibus olim Litaniæ quædam in eius honore conflatæ erant, ex sacris literis ferè sunt excerpta: pauceissima tamen ex Patribus edicimus, ut totius

vita ejusdem integra conexio constaret, nonnulla enim quamvis cō-

moni consensu Patrum satis sint explorata, &

ab Ecclesia recepta; ex diuinis tamen oraculis

non habentur: ut quod Deipara in Templo

fuerit præsentata, & alia huiuscmodi.

In his porro Elogijs quamquam plures lo-

ci, pluresque Auctores, unde ea sunt defumpta;

nos certe unico in margine adnotato con-

tisimus; reliqui enim Auctores in eo huius

operis capite, quod ibi citatur, facile inueniri

poterunt.

At verò Elogia hæc ad duodecim capita,

quæ sunt in star corona stellarum duodecim,

quibus Apoc. 12. Deipara apud sanctissimum

Apostolo Ioanni redimitum apparuit, revo-

candæduximus: ad quæ ea, quæ illis capitibus

subiiciuntur, aliqua ratione spectant, inci-

catis etiam locis, vbi in hoc opere ea pertra-

ctantur: quod in vñam eorum, quæ in sermonib

us populum exponenda suscepimus: se-

cimus: quamuis ex indice locorum facie scri-

pua in hoc Opere explicatorum, & ex indi-

catorum nō morabilium magis in particolare

cognoscere licet, vbi in singulis capitibus hæc

omnia explicantur.

Qua autem ratione ex his sermo patari pos-

fit, non erit difficile ei, qui animum vel medio-  
criter intēdere voluerit. *Da enim occasiōne sa-*  
*pieti, quæadmodum monet Salomon Prover. 9. & Prover. 9.*  
*adde: ut ei Sapientia exempli causa explicati-*  
*dum occurrit illud, vbi Deipara Arca Testi-*  
*monij ex c. Exo. 25. appellatur à Patribus.*

In hoc tria præstare possumus. Primum, vt  
major ijs, quæ dicimus auctoritas concilietur,  
Pates afferamus, qui eo nomine Deiparam  
appellandam centent: vel de Deipara typum  
ilium, exponent: in hunc enim finem in pleris  
que huiusmodi Elogijs Patrum testimonia in  
hoc opere concessimus.

Secundò exponamus, quid sit Arca testimoniij, seu foederis, quis eius fuerit usus, ex quibus  
constabat, & quomodo Exod. 25. à Deo con-  
strui prescribatur, & ex his ea proponamus,  
atque expendamus, proper quæ Deiparæ per  
Arcam illam significentur. Ex quibus constabat  
Virginem sanctissimam ea mysticè continere,  
qua in Arcæ constructione, vel usu deprehenduntur. Atque ex his Virginis Laudes amplissime, prærogatio singulares, eiusque patro-  
ciniū apud filium efficacissimum, & virtutes  
eximiae à nobis in itanda elucebunt: quæ si ex  
alii diu nostrum oraculorum locis diligenter  
explicatis illustrentur, multo magis Audiorum  
animos adid, quod volumus impelle-  
mus.

Tertiò, ad mores nostros aliqua ex ijs, quæ  
differimus sunt deriuanda, tum ut ex Deiparæ  
comparacione imperfectum nos sit, nostra  
que peccata melius agnoscentes ea redargua-  
mus, & emendare studeamus: tum ut in nostris  
necessi-

ne necessitatibus ad eius opem inuocandam fidenter accurramus: tum ut eius virtutes imitati pro nostra virili parte conemur: denique exemplum aliquod, seu miraculum de Virgine sanctissima proponendum erit, quod ex hoc opere, ubi pleraque in hunc finem commemorauimus, vel ex alijs probatis. Auctoribus petatur. Atque hoc idem in reliquis Deiparæ typis exponendis fieri poterit: quæ enim hi-

storico sensu essentur, quale est illud *Maria Virgo perpetua*, & similia ex typis & figuris, vel ex prophetijs, quæ ea de re in sacris literis habentur, vel alia ratione ex ijs, quæ hic disputatione sermonem in laudem Virginis contexte: tum etiam ad nostram spiritualiæ vtilitatem defletere (quæ duo præcipue spectare debent, qui de virginie verba faciunt) non erit difficile.

## ELOGIORUM DEIPARÆ.

## Primum Caput, singularis prædestinatio, &amp; reliqua ante Conceptionem.

*Prover. 8. 2.* **M**aria ab æterno ordinata cap. 14.  
*Cant. 6.* Maria inter omnes præelecta ibidem.

*Genes. 3.* Maria Patribus cœlitus promissa cap. 35.

*Genes. 8.* Maria mysticis præfigurata miraculis ibidem.

*Isa. 7.* Maria oraculis prænunciata propheticis ibidem, & cap. 17.

*Genes. 43.* Maria desiderium collium æternorum ibidem

## II. Conceptio immaculata.

*Cant. 4.* **M**aria sine peccato concepta cap. 7. & cap. 4.

*Genes. 3.* Maria serpentis caput conterens ibidem.

*Prover. 31.* Maria lucerna inextincta cap. 7. 9. & 21.

*Sapien. 7.* Maria speculum fine macula cap. 7.

*Cant. 2.* Maria lumen inter spinas cap. 7. & 32.

*Genes. 47.* Maria terra Sacerdotalis immunis cap. 7.

## III. Natuitas Deiparæ.

*Matth. 1.* **M**aria regali progenie exorta cap. 17.

*Isa. 11.* Maria virga de radice leifice cap. 32.

*Num. 24.* Maria stella Iacob cap. 24. & 32.

*Ecclesi. 50.* Maria stella matutina cap. 14. & 31.

*Cant. 6.* Maria aurora confurgens cap. 24. & 26.

## IV. Eius præsentatio in Templo, &amp; virtutes heroicæ.

*Nysen. homil. de hum. man. Christi generis.* **M**aria in Templo præsentata cap. 8.  
Maria vniuersas filias supergressa cap. 5 & 6.  
Maria scala Iacob cap. 16. proper frequentem tione.  
*Prover. 31.* eius in Templo cum Angelis ascendentibus, & ad eam descendedentibus conuersationem cap. 26.

Maria virgo prudentissima c. 21.  
Maria speculum iustitiae ibid.

Maria mulier fortis cap. 4. 24. & 29.

Maria singulare virginitatis exemplar cap. 32.

Maria nardus odorifera cap. 21. & 37. Humilitas.

Maria fide perspicua cap. 21.

Maria Turris eburnea c. 7. & 21.

Maria candelabrum autem cap. 9. & 21.

Maria altare thymiamatis cap. 21. Oratio,

Maria balsamum aromatizans cap. 7. & 21.

Bonum exemplum.

Maria virgula lumi ex vniuersis aromatibus cap. 4. 6. & 21. Vniuersitas virtutum.

## V. Desponsatio, Annuntiatio, &amp; Visitatio.

**M**aria iusto Josepho desponsata cap. 8.

Maria mons Dominio in vertice montium præparatus cap. 4. 5. & 7.

Maria ab Angelo humiliiter salutata cap. 5. & 7.

Maria Gratia plena cap. 4. 5. 13. 28. & in peculiari tract. in salutatione Angelica.

Maria inter mulieres benedicta cap. 5. 6. & 7.

in tract. in salutationem Angelicam.

Maria sponte Dei cap. 5.

Maria sancto Spiritu obumbrata cap. 5. & 8.

Maria mulier circumdans viuum cap. 20.

Maria Paradiſus voloptatis cap. 5. & 7.

Maria Civitas Dei cap. 5.

Maria Domus Sapientiae cap. 5. 7. & 15.

- Irem. 14. Maria Solium gloriae Dei cap. 2.  
 3 Reg. 10. Maria Thronus Salomonis cap. 2.  
 3 Reg. 8. Maria Templum Domini cap. 5.  
 Cyprian. Maria Sacrum Spiritus Sancti cap. 5.  
 Exod. 28. Maria Sanctuarium Dei cap. 5.  
 Eccl. 24. Maria Tabernaculum tui Creatoris cap. 5.  
 Exod. 31. Maria Tabernaculum foederis cap. 5.  
 Exod. 25. Maria Arca testimonij cap. 5.  
 Exod. 16. Maria Vas aureum cælestè manna continens  
cap. 5.  
 Lut. 2. Maria, quæ Elisabeth cognitam visitasti cap.  
21. & 37.

## VI. Partus Virgineus.

- 1 Reg. 15. **M**aria terra germinans Salvatorem ca-  
pit. 20.  
 Genes. 2. Maria lignum vitæ cap. 5.  
 Num. 7. Maria Virga florens Aaron cap. 31.  
 Prover. 31. Maria Nauis institoris de longe portans pa-  
nem cap. 8.  
 Exod. 25. Maria Mensa panis propositionis cap. 8.  
 Cant. 1. Maria Borras Cyperi cap. 8.  
 Esther 10. Maria Fons lucis cap. 21.  
 Cant. 4. Maria Putus aquarum viventium cap. 5.

VII. Virginitas ante, in, & post  
partum.

- Math. 1. **M**aria Virgo perpetua cap. 32.  
 Exod. 2. Maria Rubus ardens incombustus ibidem.  
 Iudith. 6. Maria Vellus Gedeonis ibidem.  
 Dan. 2. Maria Mons, de quo sine manibus abscissus est  
lapis ibidem, & cap. 5.  
 Ezech. 44. Maria Porta Orientalis clausa cap. 3. 21. & 32.  
 Cant. 4. Maria Hortus conclusus cap. 7. & 32.  
 Ibidem. Maria Fons signatus cap. 7. & 32.

## VIII. Conuersatio cum Filio.

- Luc. 2. & **M**aria à Pastoribus, & Magis cum Filio in-  
venta.  
 Matth. 3. Maria pulchra, vt luna c. 5. & 16.  
 Luc. 2. Maria legi purificationis sponte subiecta cap.  
21. & 37.  
 Ifa. 19. Maria Nubes Domini leuis cap. 3.  
 Matth. 2. Maria in Aegyptum cum filio ingressa ca-  
pit. 23.  
 Ibidem. Maria ex Aegypto in Nazareth reuersa.  
 Luc. 2. Maria cum filio dulciter conuersata cap. 9.  
 Ibidem. Maria, quæ filium triduo quæsisti cap. 37.  
 Ibidem. Maria, quæ filium in Templo inuenisti ibi-  
dem.

- Maria deficiente in nuptijs vino filium depre- 10an. 2.  
cata cap. 29.  
 Maria, quæ itabasiuxta crucem filij cap. 10. 10an. 19.  
& 11.  
 Maria Virginis Ioanni commendata cap. 10. Ibidem.  
28. & 34.  
 Maria doloris gladio transfixa capite 10. Luc. 2.  
& 11.  
 Maria filij resurrectione exhilarata cap. 11. Nyssenus.  
 Maria in die Pentecostes sancto Spiritu reple- Esther. 2.  
ta cap. 6.

## IX. Assumptio.

- M**aria spiritualibus delicijs affluens cap. Cant. 8.  
5. 17. & 21.  
 Maria super dilectum tuum innixa cap. 6. Ibidem.  
 Maria super choros Angelorum exaltata cap. Offic. Eccel.  
6. & 12.  
 Maria mater honorificata cap. 34. Eccle. 15.

## X. Coronatio.

- M**aria mulier amicta sole cap. 3. 12. 15. & 31. Apoc. 12.  
 Maria sub eius pedibus luna cap. 2. 5. 7. Ibidem.  
24. 30.  
 Maria duodecim stellis coronata c. 5. 6. 31. Ibidem.  
 Maria Regina Cœlorum c. 5. Augustin.  
 Maria Regina à dextris filii astans cap. 5. 6. 7. Psal. 44.  
& 12.  
 Maria inuestita deaurato varietate circumda- Ibidem.  
ta c. 9. & 21.  
 Maria, quam laudent astra matutina c. 26.  
 Maria, cuius pulchritudinem Sol, & Luna mi- Offic. Eccel.  
rantur c. 5. & 9. Offic. Eccel.  
 Maria, cuius vultum deprecantur omnes  
diuites plebis c. 6. 17. 26. Psal. 44.

## XI. Praeconia.

- M**aria super omnes speciosa c. 5. Offic. Eccel  
 Maria pulchra, vt luna c. 5. & 16. Cant. 6.  
 Maria electa, vt sol c. 14. Ibidem.  
 Maria Gloria Ierusalem c. 17. 24. Iudith. 17.  
 Maria lætitia Israël, ibid. Ibidem.  
 Maria honorificata populi nostri, ibid. Cyril ho-  
 Maria Orbis terrarum margarita pretiosa. mi contra  
cap. 17. Nestor.  
 Maria Cedrus in libano exaltata c. 6. Eccles. 24.  
 Maria Cypressus in monte Sion c. 6. Ibidem.  
 Maria palma in Cades c. 6. Ibidem.  
 Maria plantatio rose in Jericho c. 6. Ibidem.

Eccc

Maria

## ELOGIA VIRGINIS

556

- Ibidem. Maria oliua speciosa in Campis c. 6. & 16.  
 Ibidem. Maria platanus iuxta aquas c. 6.  
 Ibidem. Maria Terebinthus ramos honoris, & gratiae extendens c. 27.  
 Luc. 1. & Cant. 6. Maria cunctis generationibus beatissima praedicata c. 17.

### XII. Intercessio.

- Nazianz. Maria Aduocata nostra cap. 30.  
 in Trag. Maria propitatorum vniuersae terræ c. 16. & 36.  
 Christus. Maria, per quam post Deum totus viuit orbis terrarum c. 30.  
 pasiens. Maria Dei, & hominum mediatrix c. 30.  
 Bern. ser. Maria Aqueductus cœli. Rium gratiarum cap. 34.  
 1 de Af. Maria fons perennis curationum c. 20.  
 sumpt. Maria fons vniuersam terram irrigans cap. 16.  
 Exod. 25. Maria Aqueductus cœli. Rium gratiarum cap. 34.  
 Epiphan. Maria fons perennis curationum c. 20.  
 ferm. de Maria fons vniuersam terram irrigans cap. 16.  
 De para. Maria in qua omnis spes vitæ, & virtutis c. 5.  
 Oratio ob. 16. & 28.  
 seco te. Maria, cuius spiritus super mel dulcis cap. 34.  
 Domina. Maria fauus distillans c. 34.  
 Eccles. 24. Maria Arcæ Noë salutaris c. 16.  
 Damasc. Maria Ciuitas refugii c. 16.  
 orat. 2. de dormit. Maria Tauris David cum propugnaculis c. 30.  
 Deipara. Maria Castorum acies ordinata c. 24.  
 Genes. 1. Maria cunctas hæreses sola interimes c. 24.  
 Eccles. 24. Maria stella maris cap. 29. & 34.  
 Ibidem. Maria porta Cœli c. 7. & 17.  
 Cant. 4. Maria mater viuentium c. 27. & 28.  
 Genes. 6. Maria mater misericordia c. 16.  
 Num. 35. Maria mater diuinae gratiae c. 28.  
 Cant. 4. Maria mater timoris, & agotionis c. 21.  
 Cant. 6. Maria mater sanctæ spei c. 21.  
 Offic. Ecol. Maria mater piuchia dilectionis c. 9. & 21.  
 Bernard. Maria Dominæ Angelorum c. 5 & 26.  
 Genes. 28. Maria decus Patriarcharum c. 17.  
 Genes. 3. Maria vaticinium Prophetarum c. 17.  
 Aufelm. Maria præconium Apostolorum c. 17.  
 Ibidem. Maria confortatrix martyrum c. 36.  
 Eccles. 24. Maria exemplar Confessorum c. 21.  
 Ibidem. Maria lumen virginum c. 32.  
 Offic. Ecol. Maria Regina sanctorum omnium c. 5.  
 And. Cr. OBSECRATIONES AD DEI-  
 Heron. in peram per eius vitæ my-  
 c. 6. Mich. steria.  
 Cyril. ho-  
 mi. contra 7 Post Deipara Elogia iuxta eius vitæ ordi-  
 Nefior. nem duposita, quæ iam descripsimus, o-  
 Bonavent. peræ pretium existimauit obsecrationes olim

in Litanis eiusdem Deiparae positas, & ex his. Idem, cratissimis eius vite mysterijs deproprias Nazianz, subiçere, quibus ad aliquod malum à nobis carnali aduertendum: vel ad aliquod beneficium conuenienter sequendum, ipsius apud Christum auxilium, atque ac patrocinium enixus inuocamus, exempli Nazianz, causa cum ei suppliciter dicimus.

A custodi pericula.

Ab omni peccato.

A subiuncta & improuisa morte.

A spiritu fornicacionis.

A morte perpetua.

Et cæteris malis, Libera nos Virgo gloriosa.

Aliquas ex his obsecrationibus in hunc modum adiçere possumus.

Per immaculatam conceptionem tuam, &c.

Similiter cum in eius ope inuocanda his verbis utimur.

Vi veram paenitentiam nobis impetrare dignaris.

Vi mensis, & corporis integræ puritatæ nobis impetrare digneris.

Vi nes ab hoste protegere, & hora mortis suscipere digneris.

Vi Sociitates tibi peculiari obsequio deuotæ conservare, & augere digneris.

Vi omnibus fidelibus defunctoris requiem aeternam impetrare digneris.

Eadem pauciter obsecrationes adhibere licet.

Per aeternam preelectionem tuam, &c.

Obsecrationes ad Deiparam,

Per aeternam preelectionem tuam.

Per immaculatam conceptionem tuam.

Per sanctam nativitatem tuam.

Per mellifluum nomen tuum.

Per deuolam præsentationem tuam.

Per laetarem in tervie conuersationem tuam.

Per purissimam defensionem tuam.

Per salutarem Annunciationem tuam.

Per superuenientia in te Spiritus sancti obumbrationem.

Per humilem visitationem tuam.

Per virginum partum tuum.

Per intemeratam virginitatem tuam.

Per mundissimam purificationem tuam.

Per dulcissimam conuersationem cum dilecto filio tuo.

Per gladium doloris, qui per transitum animam tuam.

Per gaudia resurrectiōis filij tui.

Per

Per superfluentem in die Pentecostes gratia  
plenitudinem.  
Per admirabilem Assumptionem tuam.  
Per gloriam coronationem tuam.  
Per viscera misericordiae tuae.

Preces quibus quecumque ad Deiparam  
petitiones terminari  
possunt.

**M**agnificat anima mea Dominum.  
Exultaui in ritus meis in Deo salutari  
meo.  
Quia respexit humilitatem Ane illa sea; ecce enim  
ex hoc beatam me dicent omnes generationes.  
Quia fecis mihi magna quia potens est Et sanctum  
nomen eius.  
Et misericordia eius a progenie in progenies timet  
eum.  
Facit potentiam in brachio suo dispersit superbos  
mente cordis suis.  
Depositus potentes de sede, Et exaltauit humiles.  
Esurientes impleuit bonis, Et dixit es dimisi manes.  
Suscepit Irael puerum suum, recorauit miseri-  
cordia sua.  
Sicut locutus est ad Patries nostros: Abraham, Et  
semin eius in secula.  
Gloria Patri, Et filio, Et spiritui sancto. Sic ut erat  
in principio, Et nunc Et semper, Et in secula  
seculorum. Amen.  
V. Ave Maria gratia plena Dominus tecum.  
R. Benedicta tu in mulieribus, Et benedictus  
fructus ventris tui.  
V. Elegit eam Deus, Et praelegit eam.  
R. In tabernaculo suo habuere facit eam.  
V. Adiuuabit eam Deus mare dilucido.  
R. Deus in medietate non commuebitur.  
V. Specie tua, Et pulchritudine tua.  
R. Intende prospere procede, Et regna.  
V. Iusta est gratia labiorum tuorum.  
R. Proprieta benedixit te Deus in eternum.  
V. Dignare me laudare te Virgo sacra.  
R. Da mihi virtutem contra hostes tuos.  
V. Ora pro nobis sancta Dei Genitrix.  
R. Ut dignificeretur promissionibus Christi.  
V. Domine exaudi orationem meam.  
R. Exclamor mens ad te veniat.

## OREMVS.

**O**nnipotens Domine Iesu Christe, verbum  
caris, splendor gloria, Et figura substantiae  
tuis, qui ad reparandam abiectionis nostrae ruinam  
in purissimis intemerata Virginis visceribus, fra-  
ter Et caro nostra fieri dignatus es, te supplicios ex-  
oramus, ut iussus precibus, Et meritis inueniamur  
apud te semper, Et castitate nitidi, Et charitate  
feruentes.

**D**eus qui corda fidelium sancti Spiritus illu-  
strauisse docuisti, da nobis in secundum Spiritus  
recta sapere, Et de eius semper consolacione gaudire.

**D**efende quasumus Domine B. Maria semper  
Virgine intercedente istam ob omnem aduersi-  
tae familiam, Et tunc corde tibi prostratam ab  
hostium propriis tuere clementer insidias.

**D**eus, qui miro ordine Angelorum ministeria,  
hominiisque dispensans, concede propitiatus, ut a  
quibus tibi ministerantibus in celo semper assista-  
tur, ab his in terra via nostra muniantur.

**C**oncede quasumus omnipotens Deus, ut in  
intercessio sancta Dei Genitricis Mariae, San-  
ctorumque omnium Angelorum, Apostolorum,  
Martyrum, Confessorum, atque Virginum, Et  
omnium electorum tuorum nos ubi quisca sit: ut  
dum eorum merita recolimus, patrocinia sentia-  
mus.

**F**idelium Deus omnium conditor, Et Redem-  
ptor, animabas famularum, famularumque  
marum remissionem, euangelorum tribue peccato-  
rum, ut iniquitatem, quam semper oportauerunt  
pro supplicationibus consequantur.

**D**eus, cui proprium est misereri semper, Et  
parcere iuste deprecationem nostram, ut  
nos, Et omnes famulos tuos, quos dilectorum cate-  
nia constringit, miseratione tua pietatis clero, enter-  
tulit. Per Dominum nostrum Iesum Christum  
filium tuum, Et.

V. Nos cum prole pia.  
R. Benedic Virgo Maria.

Ecce 3

TRACTA.